

Mythologia, Venise, 1567 - X [33] : De Lethe fluuio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[33\] : De Lethe fluuio](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 20 : De Lethe fluuio](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[33\] : De la riviere de Lethé](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[33\] : De la riviere de Lethé](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [33] : De Lethe fluuio, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/981>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 294r°-294v°

Du monde

Toponymes [Léthé \(fleuve/rivière\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Lunæ perspicue sentiunt, quare Lucina etiam dicta est, quod in lucem animalia educat. Hec eadem corruptioni etiam plurimum conferit, quare maximè in diebus lunæ creticiis periclitantur grauitate & grotantes.

De Diana.

DIANA & Phœbus Latona ac Iouis filii creduntur, per quam fabulam significare mundi ortum voluerunt; nā cum informis esset prius in una molem confusa mundi materia, quia omnis obscura esset & lacerent, tenebris ille Latona vocata sunt. Phœbum & Lunam Jupiter euocauit ex his tenebris spiritus domini scilicet, cum dixisset fiat lux; culus lucis autor est Phœbus & Diana, sic igitur mundi creationem a luce incepisse antiqui significabant. sed de his latius postea suo loco dicemus.

De campis Elysiorum.

SED quoniam explicata sunt supplicia que grauissima & sempiterna eō sceleratis hominibus ab antiquis post mortem proponebantur, ut deterrentur ab omnibus sceleribus, & ab omni turpitudine, videtur esse necessarium ut quæ pia mæria viris bonis, quibus allicerentur ad probitatem, furent ab iisdem proposita, perquiramus. Erant igitur illi insulae dux concilius, ad quas lenes & odoriferi venti, tanquam per incredibilem flororum copiam pertransiissent, suavitate spirabant, toluim pingue, quod omnia sine humana diligentia facile produceret, locus multis semper flororum fructuumq; suauium gñibus abundabat & plantis domesticis vbiq; vestiebatur. vineæ singulis mēlibus fructum ferebant, aer sincerus & temperatus, qui nullam temporum patiebatur mutationē, nam nōs maligni venti vel procul hinc exalabant, vel si peruenient, prius per inaniam loca defatigantur, omnemq; in clementiā exuberabat, quā loca illa attingerent, placidissim imbræ hic a Zephyris vel ab Argente excitabatur, cum plerunque rāmen terra ob suam naturam bonitatem imbribus non egeret. Ibi erat suauissimarum tantum auricularum genus, quæ dulces concenius mulier symphonizæ non dissimiles passim per totum anni tempus exercerent, ibi cantilenæ erant mirificæ suavitatis, chorosq; ducebant virgines cum pueris pulcherrimæ, quibus accinebant cū mulieris instrumentis peritissimi cantores. Epule ibi nascibatur saluberrimæ, nulla sentiebatur ibi senectus, nulla agitudo, nulla mēritis perturbat o. non auri, non diuinitatum cupiditas, non honorum animos beatarum animarum infestabat; omnes priuatam vitam rebus necessariis contentæ vel maximis impiis antecedendam existimabant. Hic vñusquiq; iisdem studiis exercebatur, quæ viventi gratissima extitissent.

De Letibus animis.

ENIM VERO quia putabant antiqui philosophi animas hominum esse immortales ac sempiternas, quæ fuit Pythagoræ opinio, & aliorum quotidians, has crediderunt pro singulorum meritis, & pro rebus in priore vita getis semper in noua corpora denuo transmitti, atq; hoc ipsum ad inferos mali esse putabant, in noua corpora redire. At n. quia non facile adduci poterant

Ecce & animæ

NIMIS, quæ graues molestias & miseras humanas semel expertæ fuerant, ut fortis in hac corpora redirent, nisi aliquam rationem excogitassen, qua fierent omnium primitiorum incommodorum innoemores. Sic igitur Lethen fluvium ea aqua fluere dixerunt, ut semel epoca rerum omnium memor iam omnino obliteraret. Sed enim fluvius ille ubi sit, dubitari posset, quoniam alii apud inferos esse dixerunt, cù Pythagoras tamen ē cœlo descendere animas existimauerit. ego sane censes in circulo lunæ fuisse Lethen collocatum, cum satis aptæ obliuioni vites eius appareant. quippe cum Cancerum cœlestis signum portant per quam animæ hominum ascendant, ac descendunt, cum per Capricorū istud ipsum a Diis fieri creditum sit.

De Penatibus.

VT autem manifestum sitet omnibus nihil esse quod diuina prouidentia non gubernetur, nostraque omnia semper diuino consilio protegi, cum Dei prælentia nullo in loco casere possimus, non solum Lucinam pasturientibus mulieribus stolidi adesse fixerunt, que illas a doloribus solueret, sed statim nati infantes proprios habere demonas continuo crediti sunt, quorum auxilio per totam vitam fruerentur; hæc opinio ab illa præce antiquorum ad nostram usque atatem perdurauit; nunc hos nuntios Dei nominant physici vero Iouem, Finonem, Mineruam, Vestam hos esse dixerunt, vites elementorum scilicet, cum illis nati continuo perfiruawerunt; atque hos Deos æthera medium, aeris itum, & terram, & summam ætheris partem, quæ vis est diuinæ intelligentiæ, quam Mineruam nominarunt. Hæc enim numina domorum priuatarum, & singulorum in iis habitantium, & uniuersarum ciuitatum curam habere putabantur. Alii Apollinem ac Neptunum Penates satis putantes in idem reciderunt; calorem, tanquam principium à quo fieret opus naturæ; & humorem ex quo fieret, principia ponentes. atque eadem de Laribüs dicta sunt.

De Genie.

CREDITVS autem fuit Genius demon, non quidem is, per quem vivetur, aut cuius auxilio ubique frueremur, sed is, qui nobis semper bona consilia fuggeret, & quem haberemus in tocam vitam nostram consiliosum. Sed cum multa alia quoque Genium proprium, ut plantæ, & animalia, que non egent consilio, habere dicantur; videtur probabilior illorū sententia qui occultam vim planetarum, quæ ad omnia hæc pertinet, Genium vocatam fuisse putarunt; quæ omnia humana & cœlesti vi occulte gubernari, & nihil diuina virtute vacare tradiderunt.

De Pallide.

VT vero demonstraret antiqui non sola vi cœlesti mortalium res gubernari, sed etiam prudentiæ hominum aliquid loci relictum esse, cum Deus diligentes & prudentes semper adiuuet, cum sapientiam rem Deo gratissimam esse dixerunt, cum Deus magnopere diligat sapientem. ad hoc autem expiandum illam Iouis filiam esse dixerunt sine matre, cù solus Dens vere sit sapientus,